Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



15

di. Quia non uenit saluator uocare iustos. sed pec
catores in penitentia. Matheus publicanus
erat. & utiq; imago eius diaboli similis esset.
Sed ueniens ad imaginē dī. dnm & saluatorē nm
& sequens eum. tuens formatus ē ad similitu
dinem imaginis dī. Iacobus zebedei filius &
iohannes fr eius piscatores erant & homines
sine litteris. Qui utique tunc magis ad imagi
nem diaboli similitudinem referebant. sed
sequentes & isti imaginē dī. similes factis ei.
sicut & cæteri apli. Paulus ipsius imaginis
dī persecutor esset. ut aut potuit decorem ei
us & pulchritudinē contueri. uisa ecc. Intan
tū ad eius similitudinē reformatus ē ut di
ceret. Aut documentū quaeritis eius. qui in me
loquitur xpr. Masculū & feminā fecit eos.
& benedixit eos dr dicens. Crescite & mul
tiplicamini. & replete terram. & dominamini
in ea. Dignum uidetur hoc in loco requirere
secundum litteram. quomodo nondū facta
muliere. Dicit scriptura. Masculū & fe
minam fecit eos. Fortassis ut ego arbitror
propter benedictionem qua benedixit eos dns dcs.